



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

6. De conclusione orationum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

quas, & Gregorianas difficillimè admit-
tūt, vtpote quas in antiquioribus, & emē-
datoribus Sacramētarijs inueniūt. Nam

Concil. Mileui-
tanum. Can. 12.

octauum Africanę prouinciaē Cōciliūm,
(cui sanctus Augustinus, imò ducenti &
quatuordecim sancti patres interfuerūt)
capitulo duodecimo cōstituit: Nullę pre-
ces, vel orationes, vel Missæ, vel præfatio-
nes, vel commēdationes, vel manus im-
positiones dicantur, nisi in Concilio fuc-

2. Carthag. cōc.
Can. 23.

rint probatae. Item tertium Carthaginē-
se Concilium (cui idem sanctus Augus-
tinus interfuit) capitulo vigesimo tertio
nullus ad altare Patrē pro Filio, vel Filiū
pro Patre nominet, sed semper orationē
ad Patrem dirigat, nec qualibet oratione
vtatur nisi probata. Oratio quidē ad Pa-
trem dirigenda est, iuxta Domini prae-
ceptūm, qui discipulos suos ita instruxit, cū
eum interrogarent, qualiter orare debe-
rent. Cūm stabis, inquit, ad orandum,
dicite: Pater noster, qui es in cælis. &c.

LUC. 11.

De conclusione orationum,

C A P. VI.

C O N C L V D I M V S autē orationes,
per Dominū nostrum, videlicet Patrem
oran-

orādo per Filiū , iuxta eiusdem Filij præceptum , qui in Euangeliō ita præcepit .
 Vique modo non petiſtis quicquam Pa-
 trē in nomine meo ; petite & accipietis .
 5 qui & effectum nostris petitionibus , si per
 ipsum rogauerimus , promittit dicens :
 Quodcūque petieritis Patrem in nomi-
 ne meo , dabit vobis . Vnde & orationes
 plurimas , vel penè omnes satis congruē
 10 ita cōcludimus : Per Dominū nostrū Pau-
 cissimae enim inueniuntur , quæ pro cōpe-
 tentia sensus , alia cōclusione finiātur . Ut
 illa : Præsta quæſumus omnipotēs Deus ,
 vt natus saluator : Qui tecum viuit & re-
 15 gnat . Item & illa : Deus cuius filius in al-
 ta cælorū Dominū nostrū Iesum Christū
 qui tecum viuit , &c. In qualibet autem
 conclusione commemorationem sanctæ
 Trinitatis obſertare solemus , iuxta quod
 20 in emendationibus Sacramētarijs expre-
 sum inuenimus . [A deo enim sancti pa-
 tres inuocationē sanctæ Trinitatis in ora-
 tionibus ſiue benedictionibus obſerua-
 bāt : vt nec in ipliſ ſacrum aliquid ratum
 25 censerent , quorum cōfectioni inuocatio
 S. Trinitatis defuifſet vt in ſacris Pauliani
 ſtarum , quorum & baptismum ſiue ordi-
 nati .]

nomine meo
petiſtis quicquam
Patrem in nomine meo

Ioan. 14.

In qualibet con-
clusione obſer-
uanda sanctæ
Trinitatis com-
memoratio.

Cōc. Nic. Can.
19. & c. 6. Syno-
dus, Can. 37.

B 4 natio-

24 MICROL. DE ECCLES.

nationes in cōuersis iteranda censuerūt
Sciendum autem in illa vſitata cōclusio-
ne, Per dominum nostrum, quod Romā-
nus ordo & antiquissima exemplaria no-
men Dei interponunt, vbi dicitur: Quis
tecum viuit & regnat Deus, quod tamen
moderni post nomen Spiritus sancti sub-
iungere solent. Et hæc vtique consuetu-
do etiā apud Romanos & vſquequaque
adeo inualuit, vt antiquæ traditionis ex-
cutio iam non sine scandalo locum habe-
re possit; quod iuxta Apostolum, & euangeli-
um in tam leuibus [summo] studio
deutare debemus.

Rom. 14.
Math. 18.

Cōclusio in
exorcismis.

[Iterum] de conclusione, seu confirma-
tione orationum,

C A P. VII.

S E C V N D V M Romanam auctorita-
tem nullam orationem, Per eum qui vē-
turus est, cōcludimus, nisi sit exorcismus,
in quo Diabolus per diuinum iudicium
vt à creatura dei discedat, exorcizatur,
sive adiuratur. Nam in alijs orationibus,
quas, Per dominum nostrū, cōcludimus,
patrem, vt nobis per amorem filij sui sub-
ueniat, imploramus. In exorcismo autem

Dia-